



**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

LXXII. Lacrymis iram Numinis placat Magdalena.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

Pænè graues leti sopor opprimit improbus artus:  
 Sed propè labentem sustinet acer Amor;  
 Inque pedes animo linquente surrigit. eheu!  
 Lapsa, relapsa labat pectore semianimi;  
 Aspergitque (calix ut tum propè stabat) aceto,  
 Cui nondum cruciæ fellæ remista necis.  
 Tum demum sua mens rediit, rapidusque cu-  
 currit  
 Ima per ossa calor, serpſit in ora color;  
 Abruptaque gemens geminat, geminatque que-  
 relas,  
 Inferiasque parat officiosa Deo.  
 Antè tamen mortis scrutatur obitque latebras,  
 Diues ut inde suas eruat augur opes:  
 Exploratque, sibi vitæ quod spondeat omen,  
 Qui flagrat in gelido funere viuus Amor.

## L X X I I .

*Lacrymis iram Numinis placat*

M A G D A L E N A .

O B V I A quid spectas ardentem Magdala  
 I E S V M ?  
 Tûne pati tantam parua fauilla facem?  
 Hinc iubar an speras? nimbosum fidus ab isto  
 Sole tonat; flamas sed sine nube tonat:  
 Inflammataque minas: nec enim sedet villa To-  
 nanti  
 Cura prior, iustas quam properare faces;  
 Vindicibusque rogis atras exurere noxas :  
 Et piceum obiectas noxia tota caput?  
 Mille rubet circum flammæ, flammantq; tribunal

I. 7

Igni-

Igniuomum: & spectas bis rea facta Deum?  
 Hoc oculo (nescis?) ferali luce cometes  
 Fulgurat, vnde necis conscientia signa flagrant.  
 O miseram! quæ cura tuæ nunc prima salutis,  
 Quæ secunda? tuæ num data porta fugit  
 In quascumque voles caput anxia conde latbras;

Deprensæ in medio crimine semper eris.  
 Quid facies? saevis tot Vindicis ignibus, cheu!  
 Vrimur. Ultorem vicimus, inquit Amor.  
 Vicisti lacrymis placabile fulmen Iesu:  
 Quod modò triste iubar, lampas Amoris erit.

## LXXIII.

CHRISTVS spiritali nardo vngit  
MAGDALENAM.

Qvò tibi flos myrrhæ? quò nardus amica  
 corollis,  
 Quò tibi munificâ balsama fusa manu?  
 Quò tibi ros oleæ, pingui qui nubit amomo,  
 Quemque Cilix flauâ dote maritat odor?  
 Vngere vin' CHRISTVM? non illi vespere  
 vitæ

Incubat, aut ægro corpore vita fugit.  
 At tu putre cales viuaci morte cadauer,  
 Quam scelus & febris noxia mœror edit.

Tange manu venam, mors incubat ignea pectus:  
 Et dotes medicas morbida tota geris?  
 Eia, crocum myrrhamque tuo transcribe Ma-

istro:  
 Ille salus medicum Xeris in vnguen abit.

Relli.